

ita scriptum de legat. 2. De quo tamen vide hic plenius per eundem Decium num. 15. post Butr. in c. fin. de consuet. Anchar. cons. 112. Superflite Dominus, Raphael Fulgof. cons. 38. In propofita q. i. princ. Paul. de Castro. cons. 428. in harenado n. 4. lib. 1. & Alex. cons. 17. circumfpectis n. 9. 9. Quarto quia l. 7.

723 Successive Quero, Utrum annus quadragesimus in Abbatiffa debeat esse completus. Solutio patet ex text. in l. 3. §. Minore, ff. De minor. ubi dicitur hanc verba, minor quam viginti quinque annis, importare, ut annus supremus debeat esse completus, & computatio fiat de momento in momentum, & hic notat Joan. Andr. num. 35. in 5. gloss. vers. Circa aetatem minorum. Ergo idem dicendum in terminis cap. 7. sess. 25. de regular. quod loquitur per similia verba: Non minor annis quadraginta. Id ipsum constat ex c. 12. Ad uetras, sess. 24. ubi Concilium prescribens aetatem ad Dignitates non curatas, utitur similibus verbis ibi: Viginti duobus annis non minoris, & tamen Sacra Congregatio declaravit decretum illud esse intelligendum de anno vigesimo secundo completo, ut dixi supra in 3. questione principali num. 37. & ita in Abbatiffa concludit Nicolaus Gazarius. de benef. parte 7. cap. 4. num. 71.

724 Eadem aetas annorum quadraginta requiritur in Inquisitoribus haeretice pravitatis. In hoc tamen est differentia, quod in Abbatiffa requiruntur quadraginta anni completi, ut praediximus: In inquisitore autem fiat est annus quadragesimus attingisse ut est text. in Clem. Nolentes in princ. de haeret. ubi gloss. in ver. quadragesimus, dicit esse mirandum, quod major aetas requiratur in Inquisitore, quam in Episcopo: qui tamen Inquisitor est, concludit hoc esse de arbitriis. de quibus non cogitur reddere rationem. Sed Abb. hic num. 6. vers. Inquisitore, dicit in Episcopo minorem aetatem fuisse praesentam, forte quia promovendi ad Episcopatum transiunt cum magna inquisitione: nam recipiant testes, & discutitur promotio in Consistorio Papae. De quo dicit, ut scripsi plenè in cap. Nisi cum pridem infra de renunc. Item quia promotus ad tantam dignitatem praesumitur ex omni parte idoneus. Sed officium inquisitionis non committitur cum tanta indagazione; ideoque iura voluerunt, ut esset maturus aetate. Hanc Abbas, sed magis placet dicitur glossa.

726 Decimo principaliter Quero, Quae sit aetas legitima ad Monachatum.

727 Non incongrue interferitur haec questio, quia & Monachatus dicitur beneficium simplex, secundum Holt. in d. cap. super inordinata num. 9. vers. Aliud seculare simplex, ut Monachatus fraternitas de praeb. Et quamvis Abb. ibi num. 10. dicat proprie non esse beneficium, sed potius quoddam votum solemnitarum per professionem, ut in cap. Unico de voto lib. 6. tamen postea subdit Hostiensis forte eo respectu: quod per Monachatum quis acquirit ius Collegii, & habet Monasterium obligatum ad alimenta. Unde hoc respectu dici potest habere beneficium simplex instar illius, qui ingreditur Collegium seculare Clericorum ubi bona sunt communia, Arg. c. Quoniam infra de vit. & honest. Cleric.

729 Ex dispositione juris communis, quamvis pueri recipi possint ad habitum regularem, c. 2. c. Cum virum, & c. Cum simus infra de regular. Holt. loco proxime citato, & scripsi late in d. c. Cum virum, tamen ad Monachatum, seu professionem regularem requiruntur quatuordecim anni completi in masculo, & duodecim in femina, adeo ut si ante huiusmodi aetatem ingrediatur religionem, quantumcumque sint doli capaces, & prudentia aetatem praevenerit, nihilominus parentes, aut ipsi deficientibus tutores possint illos invitare ad Monasterium extrahere, ut legitur, & notatur in §. 1. cum seqq. 20. quest. 2. & in c. Postulasti de regular. & ibi per Hostien. in d. c. Super inordinata in fin. vers. Si autem queritur de tertio. Dixi in c. 2. & in d. c. Cum virum.

Verum hodie sublata distinctione sexus, in quacumque religione tam virorum, quam mulierum, professio emissa ante annum decimum sextum expletum est ipso iure nulla, nullamque inducit obligationem ad alicuius regulae, vel religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus, ut dicitur verbis statuitur a Concilio Tridentino capite 15. sess. 25. de regular. Sed an hoc procedat etiam in professione tacita, quae inducitur ex gestatione annali habitus indistincti, vel indistinctissimi, vide quae scripsi latissime in capite 1. in primo requisito, vers. Quo vero ad tacitam professionem ad num. 7. infra de regular.

Undecimo principaliter Quero, Quae sit aetas legitima ad Ordines suscipiendos.

730 Quoad Ordinem Episcopalem die breviter requiri annum trigessimum completum, ut hic in princ. & notat Henric. de rech. in d. c. Super inordinata ad fin. v. Si quis pro Ord.

de praeb. Quae tamen aetas requiritur de necessitate praecipi non autem de necessitate Sacramenti; unde consecratus ante annum trigessimum, Ordinem recipit, licet non ordinis executionem, arg. c. Vel non est compos, & ibi dixi in 2. not. post gloss. in ver. aetate; Abb. Antiqui. Host. & alios communiter infra de tempor. ordinat. dummodo tamen sic ordinatus habeat ulum rationis, qui in consecratione Episcopali requiritur ex necessitate Sacramenti; licet fecus sit in ordinibus inferioribus, ut dixi in d. capite Super inordinata numer. 37. & 38. post Div. Thom. in 4. sent. dist. 25. q. 2. art. 2. qu. 2. & Card. Turcrem. in c. Subdiaconus n. 2. 77. dist.

Quo vero ad inferiores ordines olim nullus ad Subdiaconatum ante vigesimum annum erat promovendus, c. De his 28. dist. c. In singulis, c. Quicumque, & c. Subdiaconus 77. dist. Ad Diaconatum vero non erat quis ordinandus ante annum trigessimum, c. Placuit, d. c. In singulis, & d. c. Quicumque 77. dist. Nec ad Presbiteratum ante annum trigessimum, c. 1. & vit. 98. dist. & dispensative ex causa necessitatis in vigesimo quinto, c. ult. 98. dist. & notat Holt. in d. c. Vel non est compos num. 3. & reliqui post eum infra de tempor. ordinat. Sed postea aliam aetatem determinavit Concilium Viennense in Clem. Generale de aetate, & qualitat. videlicet ut quis promoveri possit ad Subdiaconatum in decimo octavo, ad Diaconatum in vigesimo, & ad Presbiteratum in vigesimo quinto aetatis anno. Quae determinatio fuit summe necessaria propter Clem. Ut si de aetate, & qualitat. ut notat Joan. Andr. in d. Clem. Generale in princ. gloss. & factus in d. c. Vel non est compos num. 3. & reliqui post eum infra de tempor. ordinat. Sed postea aliam aetatem determinavit Concilium Viennense in Clem. Generale de aetate, & qualitat. videlicet ut quis promoveri possit ad Subdiaconatum in decimo octavo, ad Diaconatum in vigesimo, & ad Presbiteratum in vigesimo quinto aetatis anno. Quae determinatio fuit summe necessaria propter Clem. Ut si de aetate, & qualitat. ut notat Joan. Andr. in d. Clem. Generale in princ. gloss. & factus in d. c. Vel non est compos num. 3. & reliqui post eum infra de tempor. ordinat.

Verum hodie ex nova determinatione Concilii Tridentini c. 12. sess. 23. nullus est promovendus ad Subdiaconatum ante vigesimum secundum, ad Diaconatum ante vigesimum tertium, ad Presbiteratum ante vigesimum quintum aetatis annum Quo decreto, quoad Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus corriguntur antiqui Canonis supradicti. Et quoad aetatem Presbiteratus confirmatur praedicta Clem. & indistincte c. ult. 98. dist. & factus est annuum esse inchoatum, ut per gloss. in d. Clem. Generale in ver. in Decimo octavo, & Navar. in Man. c. 25. numer. 116. & saepius censur S. Congregatio Concilii. Ad Ordines autem minores, & primam tonsuram oportet infantiam, & sic septennium excessisse, c. in singulis 774. dist. cap. De his 28. dist. cap. Nullus, & ibi gloss. in ver. Infanti de tempor. ordinat. lib. 6. Sed an singuli minores Ordines statim expleto septennio conferri possint, aut debeant, plenè examinavi in d. c. Super inordinata n. 19. usque in fin. de praeb.

Duodecimo, principaliter Quero, a quo tempore aetas sit computanda, an scilicet conceptionis, an natiuitatis, vel Baptismi.

Respondeo esse computandam a die natiuitatis, nam ut definit Bald. cons. 19. sub. num. 3. lib. 5. aetas nihil aliud est, quam temporis mensura quaedam a natiuitate usque ad obitum decurrens. Quapropter nec a tempore conceptionis est computanda, ut contra glossatorem regulae Cancelli. 17. Tradit Covarr. in 4. Decretal. 2. par. cap. 8. §. 2. numer. 3. & Molina de just. & jur. tom. 2. dist. 573. circa princ. & tenet Bald. hic num. 5. dicens aetatem non incipere in utero matris, sed in partu, ut l. penult. C. De posthum. hered. instituen. nam ille, qui est in utero, non dicitur homo, ut l. fin. ff. De assignat. libert. l. ult. §. 1. ff. De callat. honor. & l. Antiqui, ff. Si pars heredit. petat. Et de Baptismo hoc iam declaravit Sacra Congregatio Concilii. Quamvis est enim; provitus est aliquis de Canonatu in Cathedrali habente annexum ordinem Presbiteratus, ad quem promoveri potest infra annum, si attendatur dies natiuitatis: si autem dies Baptismi, minime; A quo tempore faciendae est computatio; Sacra Congregatio censuit tempus computari a die natiuitatis, non autem Baptismi. An autem in supra scriptis casibus, in quibus firmatum est requiri annum completum, sufficiat ultimum diem attingisse: an vero tempus currat de momento ad momentum; communiter recipitur distinctio glossae hic in o. exegerit, ut testatur Abb. n. 6. videlicet: Quandoque favor tantum vertitur in causa, ut in usucapione. Et tunc sufficit diem incipere, ut l. In usucapione, ff. De divers. & temporal. praescription. Quandoque vertitur odium tantum, ut in praescriptione triginta annorum; & tunc oportet ultimam diem impleri, ut l. In omnibus, ff. De act. & obligat. Quandoque vertitur utramque, & sic materia est mixta favoris, & odii; & tunc tempus de momento in momentum computatur, ut l. 3. §. Minore, ff. De minor. De hac materia scripsi plenissime in cap. Ad nostram infra de regul. ibi vide. Ex hac sufficiunt de aetate.

Ultimo Quero Qualis scientia requiratur ad Dignitates, & Ordines Ecclesiasticos.

Premittendum

138 Praemittendum est scientiam esse in triplici differentia secundum Innoc. hic num. 1. in ver. Et scientia, Compottell. num. 8. & Hostiensis. num. 15. quibus consentiunt Joan. Andr. Butr. Abb. & reliqui omnes: alia enim est scientia emines, alia mediocris, alia sufficiens. Eminenter scientiam habet, qui subtiles, & difficiles quæstiones discutere novit, in promptu sine revolutione librorum respondet, praesertim de fide interroganti, §. Ecclj. 36. dist. Mediocrem habet, qui cum deliberatione, & revolutione librorum, veritatem scit invenire. Sufficientem habet, qui per se sufficit ad ea, quae sibi imminet expendenda.

139 Quibus praehabitis dicendum est scientiam æstimandam, & requirendam esse secundum Dignitatem, locum, & ordinem. Ex hæc omnia discreti iudicij arbitrio examinanda sunt, qui præcipue considerare debet qualitatem Ecclesiae, ad quam quis assumitur, cap. In causis §. fin. & cap. Scriptam, §. penult. infra cod. secundum Innoc. & Compottell. n. 1. Holt. n. 15. Joan. Andr. n. 12. v. Sufficiens habet, B. n. 11. & Abb. n. 4.

In specie autem in assumendo ad Dignitatem Episcopalem requiritur scientia emines secundum omnes. Debet enim Episcopum habere notitiam scrupulibiter novi, & veteris testamenti, cum sit iudex, & pastor animarum; & reddere de fide rationem omni possenti, c. Omnes 38. dist. c. Qui Episcopus 23. dist. c. Cognovimus 18. q. 2. Erquemadmodum superiores Angeli, qui inferiores illuminant habent plenorem notitiam de rebus Divinis, quam inferiores, ut inquit Dionis. c. 12. caelst. Hieroch. ita etiam superiores homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere plenioris notitiam de credendis. Ita S. Thom. in 2. q. 2. art. 6. de scripti per eum cap. Firmiter n. 24. 25. & 49. infra de Summa Trinitate.

142 Rursum secundum eos Episcopi habere debent scientiam juris, cum secundum illud debent iudicare, c. Conquerente infra de officio ordinari. c. De persona 11. q. 1. c. 1. §. fin. de consang. & affinit.

143 Ceterum etiam in Episcopo, ut praediximus, desideretur scientia emines, competens tamen tolerare, cap. Cum nobis olim infra cod. & cap. Nisi cum pridem: §. Pro defectu de renunciat. Quod intellige ex causa, & dispensative secundum Innoc. compottell. & Hostiensis, quos sequitur Joan. Andr. num. 13. vers. ex causa tamen, & Abb. n. 4. vers. Ex praedictis inferior, quia imperfectum scientiae potest supplere perfectio charitatis, ut dicitur in d. c. Nisi cum pridem, & vide quod ibi dixi de examine Episcoporum. Porro qualitatem scientiam requiritur in eo, qui ad Cathedralium Ecclesiam erit assumendus, Concilium Tridentinum in c. 2. sess. 21. paucis perfrinxit dicens: Scientia vero ejusmodi poleat, ut muneis sibi injungendi necessitati possit satisfacere.

144 Archidiaconi autem, prepositi, & omnes alii, ad quos spectat de causis cognoscere, debent scire iura; quia veterendum est Patrio, sec. 1. 2. §. Servius, col. antepenult. ff. De orig. jur. & turpe est de inorum manibus querere, quod debet quis apud le invenire ut aliquid Hostiens. hic n. 11. & ita ex mente ipsius hoc non habet locum indistincte in omnibus Archidiaconis, & prepositis, sed in illis tantum qui habent jurisdictionem contentiosam, prout intelligit Abbas hic num. 4. vers. Sed hoc ego intelligo. In illis vero, qui solum habent nudum nomen, ut Archidiaconus, & Prepositus Senenn. huiusmodi scientia non re-

quiritur, secundum Abb. satis est enim ut habeant sufficientem scientiam: & sufficiens dicitur secundum qualitatem officii vel beneficii.

Sed ex decreto Concilii Tridentini, cap. 13. sess. 14. vers. Archidiaconi etiam, statutum est ut Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiatii in iure Canonico. Circa quod vide quod scripsi in c. ex parte, il. primo infra de officio deleg.

Monachi vero, & Eremitæ potius egent contemplatione, quam scientia, arg. cap. Legi 16. q. 1. Ideoque Innocentius dicit in Abbate non requiri magnam scientiam; imò secundum Archid. in d. c. Legi, satis est ut sciat cantare, & legere, Quod tamen dicit verum Colleschar. dummodo curam animarum non habeat. Sed Abb. cod. num. 4. vers. Sed ego non video, absolute impugnat primum dictum, quia quilibet Abbas habet curam saltem fidei paritentialis respectu Monachorum suorum. Tu die in religionibus esse Abbates titulares cura, & administratione carettes, ut idem Abb. admittit Concilio suo 101. incipien. In questione num. 1. vers. Nam Papa lib. 1. Et in his futuris potest dictum Innocentii, & Archidiaconi, & vide Colleschar. in cap. Cum sit ars num. 3. infra de aetate, & qualitat. Presbiter autem satis est ut sciat Canones Penitentiales, cap. Nulli juncta gloss. Unica 38. dist. secundum Innoc. & Compottell. Sed textus in c. qua risti cod. dist. commemorat alia plura, quae Presbiterum scire oportet ultra Canones Penitentiales, videlicet librum Sermonum, id est Missale, ut ibi exponit gloss. & Prepos. num. 3. & hic num. 9. Lectionarium, Antiphonarium, Bapularium, Computum, Psalterium, Homilias per anni circulum Dominice, & singulis festivitibus aptas. Quod si unum defuerit, Sacerdotis nomen vix in eo consistit, ut ibi legitur.

Sed hodie ex decreto Concilii Tridentini, cap. 14. sess. 23. ad Presbiteratus ordinem assumi debent, qui ad populum docendum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ad administranda Sacramenta, diligenti examine praecedente idonei comprobentur.

Et itante hoc decreto arbitror hodie non procedere, quod dicit hic Innoc. parum scientes promoveri posse si sine doctores: id est apti ad docendum, saltem dispensative, & ex magna causa, ut declarat Holt. num. 13. vers. Si autem sit parum scientes, & Abb. n. 2. col. 3. vers. Poram autem scienter. Etenim Episcopi contra hoc decretum Concilium dispensare non possunt; etiam ex magna causa, ut probavi latissime in c. fin. inf. de fil. Presbiter.

Unde Sacra Congregatio Concilii etiam in locis, ubi maxima est Sacerdotum inopia, nunquam censuit ignaros posse promoveri ad Sacros; licet iam promoti ad Presbiteratum censuerit conferri posse Parochiales Ecclesias, quando literatores inveniri non possunt, ut dixi in c. Quaris n. 18. de aetate, & qualitat.

Diaconi autem, & Subdiaconi sunt ordinarii, qui litteris, & iis, quae ad ordinem exercendum pertinent instructi sunt, ut habetur in capite 13. sessionis 23. ejusdem Concilii.

Demum ad minores ordines promovendi sunt, qui saltem linguam Latinam intelligunt, ut in capite 11. ejusdem sessionis. Et prima tonsura non initiandi, qui fidei rudimenta editi non fuerint, quique legere, & scribere nesciant, ut eadem sess. c. 4.



DE ELECTIONE

Cap. Cum in cunctis, §. Inferiora.

SUMMARIUM.

- 1 Decanus an sit major Archidiacono, vel de converso.
- 2 Beneficium omne curatum habet annexum ordinem Presbiteratus.
- 3 Et quid si cura sit jurisdictionalis, renitit.
- 4 Dignitates non curatas, de iure communi requirunt annum vigesimum quintum inchoatum; ex Concilio Tridentino vigesimum secundum completum.
- 5 Beneficium curatum & Parochiale Ecclesia, an & in quibus differant & n. seqq.
- 6 Parochialis Ecclesia proprie quae dicitur & n. 9.
- 7 Beneficium in Ecclesia aliud, est quàm beneficium Ecclesiae.
- 8 Dignitas Ecclesiae unica non comprehenditur in litteris expectativis de dignitate in Ecclesia.
- 9 Beneficium dicitur curatum etiam ratione jurisdictionis in foro contentioso.
- 10 Ordo dignitati, vel beneficio annexus non requiritur in ipso actu provisionis; sed sufficit actus.
- 11 Nisi annexo facta sit respectu actus.
- 12 Beneficia Sacerdotalia respectu aptitudinis non exigunt aetatem ad Sacerdotium requisitam in actu collationis, nisi sint dignitates, vel beneficia curata.
- 13 Beneficium omne late sumpto vocabulo potest appellari officium.
- 14 Appellatio contra Canones non valet.



- 15 Ordinem Presbiteratus dignitati, vel beneficio curato, aut Parochiali annexum non suscipiens, an sit ipso jure beneficio privatus, vel privandus per sententiam & non. seq. usque in finem.
- Quid ex hoc §. Inferiora, num. 18.
- Et quid ex c. Licet Canon de elect. in 6. num. 19.
- Et quid ex c. Statutum eod. tit. & lib. num. 22.
- Et quid ex Concilio Constantiensi, num. 23.
- Et quid ex Concilio Tridentino, n. 35.
- 16 Pœna in facto negativo per negligentiam non incurritur, nisi præcedat monitio.
- 17 Sententia privationis contra beneficium non promotum sufficit sine juris solemnitate.
- 20 Parochiales que sunt dignitates, vel personatus licet non sint collegiata, non comprehenduntur in c. Licet Canon de elect. in 6.
- 21 Priores, vel Decani rurales, quorum Ecclesie sunt curata & non collegiata, non sunt ipso jure privati ex eo, quod infra annum promoti non fuerint ad Sacerdotium.
- 22 Collegiatam etiam Parochialem obtinens infra annum non promotus ad ordinem Presbiteratus non est privatus ipso jure, sed privandus monitione præmissa & n. seq. usque ad n. 35.
- 23 Constantiensis Concilii constitutio de non promotis ad ordinem beneficium annexo referitur.
- 24 Expenditur & n. seq. usque in finem.
- 25 Præpositus Ecclesie, que est dignitas principalis & collegiata cum jurisdictione spirituali & temporalis, an ex Concilio Constantiensi sit privatus ipso jure, si infra annum non fuerit in Presbiterium ordinatus & n. seq. usque ad n. 35.
- 26 Canonem ita jure interpretandi, ut minus corrigant jus

- commune, quam fieri possit.
- 27 Monasterii appellatione in materia exorbitanti non veniunt Ecclesie secularis.
- 28 Secus in materia late interpretanda.
- 29 Conventuales Ecclesie ex proprietate vocabuli intelliguntur regularium, non Clericorum secularium.
- 30 Verbo in materia parali & exorbitanti secundum propriam significationem sunt intelligenda.
- 31 Archidiaconatus est dignitas in Cathedrali, nec comprehenditur in cap. Statutum de elect. in 6.
- 32 Canon imponens penam ipso jure super facto per aliud jus jam damnato, dicitur illius executivus.
- 33 Dicitio, quodcumque, universali ter omnia includit.
- 34 Nisi per aliud jus aliquis casus reperitur exceptus.
- 35 Ordines sacros dignitati, præbenda, vel portioni annexo in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia infra annum non suscipiens, an sit ipso jure beneficio privatus & n. seq. usque in finem.
- 36 Quid ex Concilio Viennensi.
- 37 Et quid ex Concilio Constantiensi.
- Et quid ex Concilio Tridentino, n. 39.
- 38 Canonicatus & præbenda ex proprietate vocabuli comprehenditur beneficii appellatione.
- 39 Canonici & Portionarii ad ordinem sui beneficii annexo non promoti, hodie quas penas incurrant.
- 40 Concilium Tridentinum cap. 4. sess. 22. comprehendit omnia beneficia, que ordinem requirunt.
- 41 Beneficia in aliis Ecclesiis, quam Cathedralibus, vel collegiatis non comprehenduntur in Clem. Ut in, de etat. & qual. etiam si in illis essent distributiones.
- Constantiensis Concilii constitutio imponens penam privationis tituli ipso jure ob non promotionem ad ordinem in quibus beneficiis hodie sit servanda, videtur.

**I**nferiora. Nota primò ibi, Diaconatum, Archidiaconatum &c. arguendo ab ordine littere juxta text. in cap. cum dilecti supra de rescript. Decanum esse majorem Archidiacono, ut hic per Card. in 3. notab. Sed oppositum colligitur ex littera paulo infra, ubi Archidiaconus præponitur Decano & ex cap. Innovamus 60. dist. ibi, Archidiaconi vel Decani. Solve ut dixi in cap. 1. in 5. notab. num. 31. infra de etat. & qual.

Secundo nota, omne beneficium curatum habere ordinem Presbiteratus annexum, ut hic & in cap. præterea infra de etat. & qual. & in cap. Licet Canon, & cap. commissio de elect. lib. 6. cum suis concordant. Quod absque dubio procedit, si beneficium habeat curam animarum in foro penitentiali, ut in iuribus prælegatis. Sed an idem juris sit, si tantummodò curam habeat jurisdictionalem in foro contentioso, scripsi plenè in c. 1. d. n. 2. infra de Capell. Honorat.

Tertiò nota, ad dignitates etiam non curatas requiri annum vigesimum quintum inchoatum: nam de his etiam intelligitur hæc littera, ut dixi supra in princ. n. 35. & de omnibus idem est iudicium, ut in cap. Dudum, il. 2. §. Tandem Archidiaconus, v. Quam sit etiam non habere infra eod. & notat hic Holt. n. 30. in ver. curam animarum, Joan. Andr. n. 22. in ver. Quæ, Abb. n. 3. & Dec. post alios n. 11. Sed hodie ad dignitates non curatas sufficit annus vigesimus secundus completus ex jure novissimo Concilii Tridentini c. 12. ff. ad ceteras, sess. 24. ut latius dictum est n. 37.

Quartò nota, ex illis verbis, que curam animarum habent annexam, juncto vers. Sed nec Parochialis Ecclesia, differentiam esse inter beneficium curatum & Parochialem Ecclesiam: differunt enim primò, quia beneficium curatum est nomen generis, quod complectitur non tantum Ecclesias Parochiales, sed etiam dignitates & alia beneficia in Ecclesia, quibus cura animarum incumbit, puta Decanatum, Archidiaconatum, &c. de quibus hic: in quorum vacatione non dicitur Ecclesia viduata, cum sit ibi Prælati, qui solus est sponsus Ecclesie, ut notat gloss. in d. c. Quia propter in ver. Ecclesie viduatis infra eod. Parochialis verò est beneficium curatum sonans in nomen Redoniz, cap. Licet Canon, §. Is etiam, ibi, In Parochiali Ecclesia curas rector extiterit infra eod. lib. 6. in cuius vacatione Ecclesia viduatur, ut d. c. Quia propter & in cap. ne pro defectu infra eod. & cuius rector non habet beneficium Ecclesie, ut inquit gloss. in Clem. Ut in ver. In eisdem de etat. & qual. Unde & Collegiata potest esse Parochialis, ut est text. in cap. statutum, ibi, Etiam si Parochiales extiterint de elect. lib. 6. Et ex his collige aliud esse beneficium in Ecclesia, aliud beneficium Ecclesie, ut hic & in Clem. 1. §. Ad hoc de præb. & propterea Joan. Monach. in cap. In generali de reg. jur. lib. 6. & Archid. in cap. ne capitanda de concess. præb. eod. lib. referunt Clemenstem IV. terminasse auctoritate sumpta de lib. 2. Reg. cap. 12. & §. ult. 3. quæst. 7. de illo, qui habebat unicam ovem, & ex l.

Illicitas, §. ne tenuis, ff. de offic. præsid. de illo qui habebat unicam ovem, quod cum scribitur alicui providendi de dignitate in aliqua Ecclesia & non est nisi unica & principalis, illa non debetur, & est ratio, quia providere de illa dignitate non est providere in Ecclesia; sed de Ecclesia. De hoc tamen vide gloss. in d. Clem. 1. in ver. Incerta.

Deinde differunt, quia beneficium curatum dicitur etiam ratione jurisdictionis spiritualis in foro contentioso, ut sunt jura clara in c. Dudum, il. secundo §. Tandem Archidiaconus, vers. Sed cum in jure, ibi, evidenter apparet, quòd curam habeat animarum, & ibi, Abbat. n. 7. & 8. infra eod. in cap. Super eo de præb. lib. 6. & in Extravag. Joan. XXII. Exerabilis in fine, & notat Card. in Clem. 1. in vigesima questione de offic. Vicar. Ad quod tamen vide quod scripsi in c. 1. n. 2. & seq. infra de Capell. Mon. Sed Parochialis non dicitur, nisi curam habeat animarum in foro penitentiali, ut per Holt. in summa de Paroch. §. In quibus consistat & Joan. Andr. in rubr. de Paroch. n. 2. Itaque omnis Ecclesia Parochialis est beneficium curatum; sed non convertitur, quia non omne beneficium curatum est Parochialis: datur enim beneficium curatum in Ecclesia & beneficium curatum ratione jurisdictionis in foro contentioso, quod Parochialis dici non potest. De his tamen differentiis vide que annotavi in c. cum sit ars in 1. q. infra de etat. & qual.

Quintò nota in vers. cum autem, ad obtinendam dignitatem, vel beneficium, cui facer ordo est annexus, non requiritur ordo præcedat, aut sit contemporaneus cum provisione, sed sufficere habilitatem ad illum suscipiendum, infra tempus à jure præfixum, ut hic per Burr. n. 5. & Abb. in 4. notab. concordat text. in c. 1. & ibi dixi in 2. not. n. 2. infra de etat. & qual. & in c. 2. de institut. lib. 6. Quod tamen procedit si annexio ordinis facta sit beneficio respectu aptitudinis, prout regulariter facta censetur, Secus si respectu actus, quia tunc requiritur ordo in ipso actu provisionis, ut in cap. Nemo deinceps de elect. lib. 6. & declarat Abb. hic n. 10. & dixi supra à n. 65. usque ad n. 70. In quibus autem casibus ordinis annexio intelligatur facta respectu aptitudinis, vel respectu actus, plenè examino in d. c. 1. à n. 54. usque ad n. 60. de etat. & qual.

Sextò nota, ibi, Nisi quis jam vigesimum quintum annum ætatis attigerit ad beneficium sacerdotale, quamvis non requiratur ordo in ipso actu collationis, tamen requiritur ætatem ad illum ordinem requisitam simulatè cum promotione & hoc pro regula in inferioribus beneficiis conlueat Abb. hic in 2. notab. Sed tu dic hoc tantummodò verum esse in dignitatibus & beneficiis curatis, in quibus à jure præfixus est annus vigesimus quintus inceptus, ut hic. At locus est in aliis beneficiis sacerdotibus respectu aptitudinis, quia ad illa obtinenda facta est, ut quis in ea ætate sit constitutus, ut infra annum ad Sacerdotium promoveri possit & sic in vigesimo quarto inchoato, ut fuscè probavi supra n. 65. & fuscè in d. c. 1. n. 51. & seq. de etat. & qual.

Septimò nota, ibi, & ab illo removeantur officii; omne

- beneficium late sumpto vocabulo posse appellari officium, ut hic per Burr. in 7. not.
- Octavo nota, ibi, nec profici appellacionis refugium: appellacionem contra Canonem non valere, ut hic & in cap. Reprehensibilis & c. Quia vas de appell. & hic notat Innoc. n. 6. in ver. Appellationis, Holt. n. 35. in eodem ver. Joan. Andr. n. 27. in ver. Diffugium, Burr. in 8. notab. Card. in 5. not. & Imol. n. 4.
- Ultimò nota, ibi, adveniti nec non ibi, removeantur, obtinentem dignitatem, vel aliud beneficium curatum, aut Parochialem Ecclesiam ex eo, quod infra tempus à jure præfixum non fuerit in Presbiterium ordinatus non esse ipso jure privatum beneficio; sed privandum per sententiam, monitione præmissa, ut hic, & in c. Quamvis de etat. & qual. & notat hic Innoc. n. 6. in ver. Adveniti, Holt. n. 32. in eod. v. Joan. Andr. n. 25. Burr. n. 6. Anchar. in 9. not. Abb. in ult. not. & Dec. n. 25. Et facit ad hoc, quia in facto negativo, de quo hic agitur, ad hoc ut poena per negligentiam incurrat, necessaria est monitio, ut notat Innoc. in c. Extirpanda de præb. Bald. in Authen. hoc amplius col. 4. C. de fideicom. & alii apud Alexand. in l. Ita stipulatus col. 5. de verb. obl. quos sequitur hic Dec. n. 9. Sententia tamen amonitionis sufficit sine jure solemnitate, ut in d. c. Quartis & in c. cum nostris de concess. præb. secundum Holt. & Joan. Andr. ubi supra. Cum enim hæc esse non possint non notoria, c. Quanto de translatioe Episcoporum, non est juris ordo servandus, c. De manifesta 2. q. 1.
- Verum quia quod hic statuitur, ut non promoti privandi sint per sententiam, hodie in plenis corrigitur per posteriores Constitutiones, idèò pro pleniori notitia distinguenda sunt quatuor tempora.
- Primum tempus est Concilii Lateranensis, de quo hic: & hoc tempore inspecto non promoti five obtineant dignitates, five beneficia curata, five Parochiales Ecclesias non sunt ipso jure privati; sed privandi, ut proxime dictum est & est casus hic, & in c. 1. & ibi dixi in ali. notab. n. 33. infra de etat. & qual.
- Secundum tempus est Concilii Lugdunensis, de quo in c. Licet Canon, de elect. lib. 6. & secundum hoc tempus assumptus ad regimen Parochialis Ecclesie, nisi infra annum se fecerit ad Sacerdotium promoveri, Ecclesia sibi commissa, nulla etiam præmissa monitione, est ipso jure privatus, ut illic dicitur verbis statuitur. Atque ita eo decreto respectu poenæ corrigitur constitutio, de qua hic quoad Parochiales Ecclesias; sed quoad Dignitates & beneficia curata remanet in suo robore, quia quod non mutatur, &c. l. præcipimus in fine, C. de appellat. & l. Sancimus, Cod. De testam. & ita firmat gloss. in d. c. Licet Canon in ver. Parochialis Ecclesie, que à Doctoribus communiter approbatur. Quinimò hæc constitutio remanet salva, etiam quoad Parochiales, quæ sunt dignitates, vel Personatus, licet non collegiata, quia c. Licet Canon, eam corrigi tantummodò quoad simplices Parochiales, ut optime declarat Feder. de Sen. conf. 86. Causa talis est per totum: ubi propterea ex facto respondit Priorem, five præpositum vel Decanum ruralem, quorum Collegiate sunt Curatæ & Parochiales non tamen collegiate non esse ipso jure privatus ex eo, quòd ad præscriptum d. c. Licet Canon non fuerit infra annum in Presbiteros ordinari.
- Tertium tempus est Bonifacii VIII. qui in c. Statutum de electione lib. 6. Declaravit prædictam decretalem Licet Canon, uti poenalem non extendi ad Collegiatas Ecclesias, etiam si Parochiales extiterint, & assumptus ad earum regimen; sed in illis servandis esse antiqua jura, id est, hunc §. Inferiora, ut ibi exponit gloss. ult. Joan. Monach. Archid. Joan. Andr. Gemin. & reliqui Interpretes, Feder. de Senis d. conf. 86. n. 1. vers. Sed que sunt jura antiqua: & Rebuff. in prævi benef. de non promot. n. 25. 27. & seq. Et propterea dicebat in d. c. Statutum, J. And. n. 1. propter illam Decretalem multos curasse, et eorum Parochiales fierent collegiate, ut eorum Rectores non tenerentur ad Sacerdotium promovendi; sed eos quodcumque ponituisse propter reservationes quas faciunt Romani Pontifices. Adde hanc cautelam ponituisse illis proficere quoad poenam d. c. Licet Canon, sed non quoad promotionem ad Sacerdotium, quia nihilominus tenebantur promovendi; alioquin privati poterant per sententiam, ut dictum est supra n. 15. & vide quod scripsi c. 1. n. 13. infra de etat. & qual.
- Quartum denique tempus est Concilii Constantiensis sub Martino V. qui sess. 43. in tit. de dispens. statuit in hæc verba Martinus, &c. Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputamus absurdum, ut qui beneficia obtinent, recusent, aut negligant officium exercere. Nos igitur Sacro approbante Concilio omnes dispensationes à quibuscumque electis, confirmatis, seu provis ad Ecclesias, Monasteria, Prioratus Conventuales, Decanatus, Archidiaconatus & alia quacumque beneficia, quibus certus ordo debitus est, vel annexus, ne

manus consecrationis Episcopi, seu benedictionem Abbatis, aut ceteros debitas, aut annexos ordines suscipiant, præter illos que secundum formam Constitutionis Bonifacii VIII. qua incipit, Cum ex eo, factæ sunt, revocamus; statuentes, ut qui de presentibus illis, vel illa obtinent, infra sex menses à die publicationis hujusmodi constitutionis nostræ, qui in posterum obtinebunt, infra terminum juris se fecerint consecrari, aut benedicti, seu ad alium debitum ordinem promoveri; alioquin sint ipsi Monasteria, Ecclesie, Dignitates, Personatus officii & beneficia ipso jure privati, & alia liberè conferantur, aut provideantur de illis, ceteris Constitutionibus circa hoc editis in suo robore duraturis. Hæc factio habita est Constantiæ Anno Domini 1417. die Lunæ 21. Mensis Martii, & habetur tom. 3. Concil. par. 2. pag. 942.

Quo quod statuto confirmatur constitutio Concilii Lugdunensis de qua in d. c. Licet Canon, quoad Parochiales Ecclesias: nam ex Concilio Constantiensi sunt ipso jure Ecclesie privati, qui ordines sui beneficii debitos vel annexos non suscipiunt infra terminum juris. Hic autem terminus quoad Parochiales Ecclesias est infra annum, ut in d. c. Licet Canon. Sed quoad Dignitates, Personatus & alia beneficia curata respectu poenæ corrigitur constitutio Concilii Lateranensis, de qua in hoc §. Inferiora. Quia ex Concilio Constantiensi non promoti infra tempus à Canonibus præfixum non sunt privandi per sententiam monitione præmissa, ut hic dicitur, sed sunt ipso jure privati.

Itaque hic §. Inferiora, respectu poenæ hodie videtur prout abrogatus, nam quoad Parochiales est correctus, per cap. Licet Canon, & quoad Dignitates, Personatus & alia beneficia, que curam animarum habent annexam, per statutum Concilii Constantiensis. Sed de hoc vide quod dicam in questione sequenti.

Quarto super intellectu hujus statuti, An obtinens præposituram Ecclesie Collegiata, que est principalis Dignitas, habetque sub se Parochiales, an etiam castra & oppida, in quibus spirituales, & corporales jurisdictionem exercet, incidat in poenam d. c. Licet Canon, de elect. lib. 6. si infra annum non fuerit in Presbiterium ordinatus.

Circumscripto Concilio Constantiensi, planè est præpositum in memoratam poenam non incidere, quia cap. Licet Canon, tanquam poenale locum non habet in Dignitatibus principalibus & Collegiatis, etiam si Parochiales extiterint, ut est casus in cap. Statutum, de elect. lib. 6. sed in illis observanda est dispositio hujus §. Inferiora, ut scilicet non promoti sint ipso jure privati, ut dictum est supra num. 12. vers. Tertium tempus. Unde difficultas ad hoc restringitur, videlicet an constitutio, ut præfertur edita à Martino V. in Concilio Constantiensi correxit d. c. Statutum.

Et videtur non correxisse, quia regula juris notissima est Canonem ita esse interpretandos, ut minus corrigant jus commune, quam fieri possit, & jura iuribus concordantur, cap. Cum expediat de elect. lib. 6. Neque enim credendum est Romanum Pontificem, qui jura tenet, quod aliis excogitatum est multis vigiliis & inventum, uno verbo subvertere voluisse, ut legitur in c. Ecclesia vestra, tit. secundo infra eod. & in l. Si quando, C. de instit. testam. Præterea verba illius constitutionis non important, ut Papa voluerit d. c. corrigere, quia nihil expressit de Ecclesie Collegiatis, idque non obtineat patet, si singula constitutionis verba sedulo expendantur.

Primò enim dixit, Ecclesias, quod verificatur in simplicibus Parochialibus, juxta text. in d. c. Licet Canon, vel in aliis Ecclesiis, que non essent Collegiata, & haberent ordines annexos ex consuetudine vel statuto juxta dispositionem Clem. Ut in de etat. & qual.

Deinde dicit Monasteria, & clarum est in materia exorbitanti, sicuti est hæc, que dispositio contra jus antiquum, Monasterii appellatione non comprehendit Ecclesias seculares, ut notat gloss. in Clem. 2. in ver. Monasteria de elect. & gloss. 3. cap. Grandi de suppl. neglig. Prælat. lib. 6. Licet seculi sit in materia late interpretanda, ut firmat Joan. Andr. in cap. Joannes de regular. ubi ita intelligit jura, que dicunt Ecclesias venire appellatione Monasterii, ut in §. Hæc autem 10. dist.

Tertiò, dixit Prioratus Conventuales; quod similiter includit Ecclesias Collegiatas Regularium, non autem secularium, quia ex proprietate vocabuli Ecclesie Conventuales intelliguntur Regularium, non Clericorum secularium, ut notat Paul. de Eleazar in Clem. 1. in ver. Quartus, ubi etiam Card. num. 7. de reb. Ecclis. non alieni allegat jura in cap. Nisi esset de præben. in cap. Monachi, §. penult. de statu regular. & in cap. Si religiosus de elect. lib. 6. licet non nunquam largè, & improprie appellatione Conventualium etiam seculares comprehendantur, ut notat Joan. Andr. & Joan. Calder. in cap. Capitulum supra de rescript. Sed cum Constitutio



30 Constantiensis sit penalis, & exorbitans, illius verba juxta propriam significationem sunt intelligenda, cap. *Rodolphus de rescript.* & notat gloss. in *Clem. Ut ii in ver. In eodem de atar. & qualis.* & in *Clem. In pluribus in ver. Populo de elect.* & de his Prioratibus expressit, quia & alia de jure penam privationis incurrerent sine alia monitione, ut in *Clem. Ne in agro, §. Ceterum de statu Monach.* Atque ita quoad eos nihil novi statuit, sed jus procedens innovavit.

31 Quarto, dicit Decanatus & Archidiaconatus. Et quidem in Archidiaconatu non habet locum d. e. *Statutum de elect.* in 6. cum hæc dignitas sit in Ecclesia Cathedrali, & sic non sit principalis in Ecclesia Collegiata, cum ibi sit caput Episcopus, ut patet in *cap. i. & per tot. infra de offic. Archid.* Similiter nec in Decanatu habebat locum d. e. *Statutum*, quando non erat principalis dignitas in Ecclesia Collegiata, sed tantummodo habebat locum Concilium Lateranense, de quo in hoc §. *Inferiora*, ut notat gloss. in d. e. *cap. Licet Canon in ver. Parochialis de elect. lib. 6.* Unde Martinus V. voluit, ut in his dignitatibus, in quibus requirebatur monitio ad penam incurrendam, & privatio per sententiam, ut expressè cavetur hic, hodie monitio non requiratur, sed sint ipso jure privati: & sic Concilium Constantiense coadjuvat Lateranense, de quo hic per modum executionis: nam quilibet Canon imponens penam ipso jure super facto per aliud jus jam damnato, dicitur illius executivus, ut probatur in præalleg. *cap. Licet Canon*; & ibi notat gloss. in *ver. Executione*, & sic intelligendo nova hæc constitutio proprie non corrigat jura precedentia, sed est executio hujus §. *Inferiora*, & e. x. *infra de atar. & qualis.* & Decretali *Statutum*, remanet in suo robore.

32 Nec prædictis obstat clausula generalis, quæ subsequitur, videlicet, *Et alia quæcumque beneficia*, ponderando dictionem universalem, quæcumque, quæ videtur includere omnia alia beneficia etiam Collegiata, cum de natura universalis sit omnia universaliter includere, ut dicit text. in e. *oblata de major & obid.*

33 Et enim respondetur dictionem, quæcumque, licet sit universalis, non tamen stare universaliter in materia, in quâ proferitur, quando per aliud jus aliquis casus reperitur exceptus ab illo jure, ut est gloss. notab. in *cap. Monachi in ver. Quæcumque modo inf. de sentent. excomm.* unde & prædicta clausula, *Quæcumque alia beneficia*, ita est intelligenda, ut locum habeat in aliis quibuscumque beneficiis, nisi alio jure reperiantur exclusa. Sed obtinentes Collegiata Ecclesias excluduntur per d. e. *Statutum*, Ergo in hoc casu exceptio non verificabitur illa dictione universalis, ut tenet gloss. præalleg. Et hoc intendit Martinus V. dum in calce constitutionis adjecit: *Ceteris constitutionibus circa hoc editis in suo robore duraturis*; nam si intelligeremus d. e. *Statutum* fuisse sublatum, ungue in suo robore non permaneret: & idem contingeret de hoc §. *Inferiora*, qui non remanet correctus, sed vitatur circa executionem suam, ut est dictum: & ita intelligendo, hæc clausula operabitur effectum suum. Verba autem clausule intelligi debent ut operentur, e. *Si Papa de privileg. l. 6.* & ita in proposito facti specie consultat Gemin. *conf. 131. incip. Præmittit per tot. ubi est casus.*

34 Secundò Quæro, super intellectu ejusdem constitutionis Martini V. an hodie qui obtinent Dignitates, præbendas, portiones, & alia beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, sint beneficii ipso jure privati, si infra annum ordinem suis beneficiis annexos non susceperint.

35 Pro clariori solutione circa hoc distinguenda sunt tria tempora.

36 Primum tempus est Concilii Viennensis, de quo in *Clem. Ut ii, §. Illi verb. de atar. & qualis.* ubi statuitur, ut obtinentes in eisdem Ecclesiis Dignitates, præbendas, officia, vel præbendas, quibus certi Ordines sunt annexi, nisi juxta impedimento cessante ad hujusmodi Ordines se promoveri fecerint infra annum, ex tunc donec ad eos promoti fuerint, vocem in Capitulo non habeant, eisque distributionum pars dimidia subtrahatur. Et ita secundum hæc tempora non promoti ad Ordines, et ita secundum annexos, non erant beneficii privati, sed tantummodo carebant voce in Capitulo, & privabantur dimidia parte distributionum.

37


Secundum tempus est Concilii Constantiensis, in quo Martinus V. edidit Constitutionem superius relata n. 23. & hoc tempore inspecto obtinentes hujusmodi dignitates & beneficia, qui infra terminum juris non recipiant Ordines beneficiis annexos, erant ipso jure privati, ut illic statuitur. Atque ita constitutio Constantiensis correxit dispositionem Concilii Viennensis, de qua in d. *Clem. Ut ii.* Neque enim ambigendum est quin eadem constitutio comprehendat dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis. Tum quia utitur clausula illa universalis, *quæcumque alia beneficia*, quæ, ut prædictimus n. 33. omnia universaliter includit: tum quia beneficii appellatione ex proprietate vocabuli comprehenditur Canonatus & præbenda, ut est text. in *cap. penult. infra de verb. signif. in cap. In nostra de rescript. & in cap. unico, Ne Sede vacante lib. 6.* & notat Bellam. in e. *cum contingat n. 9. de foro competen.* Tum denique, quia constitutio exprimit nominatim Archidiaconatum, qui est dignitas in Cathedrali Ecclesia, ut patet *infra de offic. Archid. per tot.* & ita per eandem constitutionem fuisse sublata dispositionem d. *Clem. Ut ii.* tenet Gemin. quamvis prædicta non ponderet in *prædict. conf. 131. n. 2. v. Primum dicit Ecclesias.*

38 Tertium tempus est Concilii Tridentini, quod in *cap. 4. sess. 22.* statuit, ut obtinentes in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia, quibus certi Ordines sunt annexi, teneantur, juxta impedimento cessante, infra annum Ordines suscipere requiritur; alioquin penam incurrant juxta constitutionem d. *Clem. Ut ii.* quam ibi innovat. Quo decreto aperte sublata est dispositio Concilii Constantiensis quoad obtinentes beneficia in prædictis Ecclesiis: nam si non promoti incurrunt penam d. *Clem. Ut ii.* à Concilio Tridentino innovatas: ergo necessario sequitur, ut non sint ipso jure beneficii privati; nam penæ hujusmodi sunt privato vocis & subtrahit dimidia partis distributionum, ut dictum est. Utraque autem pena supponit per necessarium retentionem beneficii, quia carena titulo privati non potest voce, vel dimidia parte distributionum, cum privatio supponat habitum, l. *Decem, ff. de verb. oblig. cap. ad dissolvendum infra de dispens. in puber. & cap. Debitum de bigam.* Unde Sacra Congregatio Tridentini Concilii interpretum, licet nulla facta mentione constitutionis Concilii Constantiensis, sæpius declaravit obtinentes dignitates, præbendas, vel portiones in prædictis Ecclesiis non esse ipso jure beneficii privatos; sed tantummodo privati posse, si contumaciter remanent suscipere Ordines suis beneficiis annexos, ut dixi in *cap. Quartus n. 34. infra de atar. & qualis.*

Neque hoc loco omittendum est decretum Concilii in d. *cap. 4.* quod generaliter loquitur, quam prædicta *Clem. vendicare sibi locum ex Sacre Congregationis sententia* in quibuscumque beneficiis nam consultata a decretum d. *cap. 4. sess. 22.* comprehendat omnia beneficia, quæ Ordinem requirunt; & respondit comprehendere quod videtur intelligendum quoad obligationem suscipiendi Ordines infra annum, non autem quoad penam saltem privationis vocis: quia illa applicari non potest, nisi obtinentibus beneficiis in Ecclesiis, in quibus sunt Capitula, & sic in Cathedralibus, vel Collegiatis, cum in aliis subjecta materia id non pariat. Quod expressè tenet gloss. in d. *Clem. Ut ii in ver. Distributionum*, dicens per hoc verbum *Distributionum*, & verb. *Capitulo*, quod præcedit, has penas non competere in beneficiis, quibus non debetur vox Capituli, & in quibus sunt distributiones.

39 Itaque cum Concilium Tridentinum quoad penam privationis vocis in Capitulo servari non possit in Ecclesiis, ubi non sunt Collegia juxta text. in e. x. *suprà eod.* & dispositio d. *Clem.* locum non habeat in beneficiis extra Ecclesias Cathedralibus, vel Collegiatis, etiam in illis essent distributiones, ut ibi notat gloss. in *ver. Præbenda in ver. In eisdem, & in ver. Distributionum, Cardin. n. 5. & Vital. num. 30.* consequens est, ut quoad penam privationis tituli ipso jure hodie servanda sit Constitutio Concilii Constantiensis in illis beneficiis, quæ habent Ordines annexos, & non sunt in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, nec comprehenduntur in e. *Statutum de elect. lib. 6.* Quæ omnia diligenter notabis, quia ad hanc constitutionem non advertebat Doctores nostri, qui de beneficiis scriperant.

DE



# DE ELECTIONE.

Idem Alexander III. Ravennati Archiepiscopo.

## CAPUT VIII.

**C**aufam, quæ inter Moniales Sanctæ Margaritæ: & infra, Si Sorores in Episcopum electionem contulerint, promittentes quod illam, quam eis provideret, recipere ipsam, quam providerit, facias ab eis ( si tamen existat idonea ) in suam recipi Abbatissam.

### SUMMARIUM.

- 1 Compromittentes tenentur recipere electam à compromissariis, dummodo sit idonea.
- 2 Moniales appellari Sorores.
- 3 Monachi possunt appellari Fratres.
- 4 Fratres qui dicuntur.
- 5 Moniales possunt compromittere in masculum electionem Abbatissæ.
- 6 Compromissum super electione potest fieri in unum tantum & num. 38.
- 7 Item fieri potest in extraneum à Collegio.
- 8 Episcopus non est de Collegio Monialium, licet sit ipsarum Caput.
- 9 Collegium ipsum censetur eligere, cum electio fit à compromissariis.
- 10 Compromissum super electione, an possit fieri in laicum & num. seqq. usque ad num. 18.
- 11 Compromissarius an sit Procurator compromittentium & num. 13. & 16.
- 12 Laicus potest esse Procurator in spiritualibus & acceptare beneficium pro Clerico absente.
- 13 Compromissarius arbitrari debet, an Prelatus sit idoneus ad officium Prelature.
- 14 Laicus non potest esse arbiter in spiritualibus.
- 15 Laicus non prohibetur ministerialiter tractare negotia Ecclesiastica.
- 16 Et potest esse arbiter in spiritualibus.
- 17 Compromissarii possunt esse alii à Capitulo, dummodo sint viri Religiosi, id est Clerici.
- 18 Cardinales an valide possunt hodie compromittere electionem Papæ in personam extra Collegium & num. seqq. usque ad num. 35.
- 19 Cardinalium cæsus non potest modificare, corrigere vel immutare constitutionem super electione Papæ.
- 20 Actus contra legem celebratus est nullus, quando Lex admittit potentiam actum celebrandi.
- 21 Verbum, potest, præcedente negatione tollit potentiam, & reddit actum de jure impossibilem & num. 30. & seqq.
- 22 Beneficii collatio facta minori quatuordecim annorum est ipso jure nulla.
- 23 Forma quibus verbis inducatur.
- 24 Verba alter fieri non possunt, an importent decretum irritans.

- 25 Condicio formam substantialem inducit.
- 26 Gestis contra formam sunt ipso jure nulla.
- 27 Papæ electio de jure communi valida est quomodocumque duas partes Cardinalium consentiant in aliquem ad electionem.
- 28 Electionis Papæ forma substantialis præscribitur in constitutione Gregorii XV. in §. Quod si electio.
- 29 Clausula decreti posita in fine Bullæ electionis magni Magistri Jerusalemiani sublata est & in eius locum substituta est alia perstringens substantialem electionis.
- 30 Verbum, non potest, aliquando exponitur, id est, non debet.
- 31 Pupillus pubertati proximus absque tutoris auctoritate naturaliter obligatur.
- 32 Verbum, potest, præcedente negatione non privat potentiam, quando hinc resultaret alioquin intellectus.
- 33 Missæ sacrificium, an ex forma præcedere debeat electionem Papæ.
- 34 Una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea equaliter determinare.
- 35 Cardinales an possunt super electione Papæ compromittere in unum tantum ex collegio, & num. seqq. usque in fin.
- 36 Pluralis locutio duorum saltem numerum requirit.
- 37 Eligendi potestas utiliter committitur pluribus, quam uni.
- 38 Melius tamen expeditur per unum, quam per plures.
- 39 Constitutio juri communi conformis recipi debet eodem jure interpretationem posse.
- 40 Pluralitas an & quando resolvatur in singularitatem.
- 41 Eligendi potestas consultis committitur in impari numero.
- 42 Canones loquentes de electionibus inferioribus, an & quando habeant locum in electione Papæ & n. 45. vers. Et cum similit.
- 43 Pluralis oratio non resolvitur in singularem secundum rigorem verborum; sed secundum sensum & naturalem affectum.
- 44 Compromissum super electione Papæ à Cardinalibus initum in unum tantum de Collegio, an valeat.
- 45 Pluralitas, ubi est de forma, non potest resolvatur in singularitatem.

**C**aufam. Compromittentes tenentur recipere electam à compromissario, dummodo sit idoneus. Hoc dicit & non dividitur secundum Joan. Andr. & Anton. de Butt. Vel secundum alios sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio, ubi Sorores.

2 Nota primò, Moniales appellari Sorores: nam cum primò tex. dixerit Moniales, postea subdit, Sorores; atque ita hæc duo videntur synonyma, seu idem importantia; quod est contra vulgares, qui distinguunt Sorores à Monialibus, secundum Joan. Andr. & Card. in princ. in verb. Sorores. Butt. n. 6. Abb. n. 1. in 1. notab. & Joan. de Anan. in princ. Vulgus enim appellat Sorores, quæ sunt Fratris Ordinum Mendicantium, ut Prædicatoribus, Minoribus, & aliis de quibus in e. non solum, & c. constitutionem de reg. lib. 6. reliquæ verb. vocat Moniales. Ratio motiva potuit esse, quia sicut Religiosi Mendicantes non confueverunt appellari Monachi; seu Fratres, & vice versa Religiosi non

Mendicantes appellari solent Monachi, non autem Fratres, quinimò egrè ferant, si quando Fratres auctoritate eodem modo vulgus creditur Mulieres Religiosas Fratribus subjectas, esse vocandas Sorores; & subjectas Monachis Moniales. Sed hæc distinctio confunditur hic, & in e. *caus dilecta supra de rescript.* Nec mirum, quia etiam Monachi possunt appellari Fratres, ut in e. *causam, n. primo infra de judic. c. si Religiosus, §. Quia verb.* & ibi notatur in *ver. Fratrum de elect. lib. 6. & c. Sacerdotes*, & ibi Holt in princ. in *ver. Fratres de homicid.* Et quamvis omnes Christiani sint Fratres in Christo, quia per lavacrum regenerationis recognoscunt spiritualiter unum Patrem, scilicet Deum c. *ad mensam 1. q. 3.* tamen ut dicit Abb. *ubi supra*, per excellentiam hoc nomine dotati sunt Religiosi propter charitatem, quam invicem debent habere, ut appellentur Fratres & Sorores.

Secundò nota, ibi, in Episcopum, Moniales posse com-

Q 3



promittere in masculum electionem Abbatis, nec teneri compromittere in alias Moniales secundum Anton. de Burr. n. 5. & Abb. n. 3.

6 Tertio notandum eodem vers. compromissum, super electione fieri posse in unum tantum. De hoc infra in 2. q. n. 38. Ultimo nota, Compromissum super electione fieri posse etiam in extraneum, seu, ut dicit Abbas, forinsecum à Collegio: nam Episcopus, in quem Moniales compromissum fecerunt, non est de Collegio Monialium, licet sit ipsarum Caput, e. Requisti, §. Secus infra de testam. ibi: Non est tanta communitio inter Episcopum, & Monasteria, quanta est inter Episcopum, & Ecclesiam Cathedralis, cui est spirituali conjugio copulatus, & ibi notat gloss. 1. Host. n. 1. vers. Et ex extra collegium bene potest compromitti. Joan. Andr. n. 2. exponens verbum, Episcopum, id est, proprium vel alienum, quoad actum electionis, sed propriam constitutionem in §. Quod si electio, ubi perstringitur forma electionis cum decreto irritanti, & in forma compromissi non repetuntur verba illa, aliquibus ex eorumdem glossis. tamen videtur adhuc obitare, quod in d. §. Matura itaque. Constitutio non sufficit prohibet fieri electionem, sed decernit, ut electio per compromissum aliter fieri non possit, &c. Quotiescunque autem lex non solum prohibet, sed etiam admittit potentiam, & facultatem, aclus contra legem celebratus est ipso iure nullus, Bartol. in l. fin. n. 7. ff. de ser. Verbum autem, potest, precedente negatione preciam necessitatem importat & privat potentiam, gloss. ordin. in c. Beneficium in ver. Non potest de reg. jur. lib. 6. quam Bartol. & omnes sequuntur in l. Gallus, ff. De l. & possit. ut testatur ibi Jas. n. 19. & sic reddit actum irritum & de iure impossibilem Bald. in l. 1. n. 62. C. qui admittit de post. Bart. in l. ff. de inj. rpt. test. notat Jas. in l. non dubium n. 60. C. de leg. Atque ita idem importat aliquid esse impossibile, vel fieri non posse; nisi quod impossibile, videtur parum latine dici, licet ejuemodi verbum non refoimetur Quintilianus lib. 5. instit. orator. cap. 10. nec Jurisconsultus, ut in l. Impossibilis, ff. De verbor. obligat. in l. Impossibilis, ff. De reg. jur. & passim alibi. Hinc cum olim dubitatum esset in Sac. Congregatione Concilii, an c. 6. sess. 23. disponens neminem ante decimum quartum annum beneficium obtinere posse, comprehendat eum, qui ante duodecimum statim beneficium obtinuit & nunc effectus est oratis annorum quatuordecim; adobut nunc non sit legitimus possessor & fructus suos non fecerit, Sacra Congregatio iuxta doctrinam Jas. in d. l. Gallus n. 17. ubi quod actus redditur nullus ipso iure, cum quid prohibetur cum verbo, non possit, censuit collationem ante decimum quartum annum fuisse nullam & proviam fructus suos non facere. Quamobrem etiam in posteriori parte constitutionis nulla fiat mentio de compromisso in eodum de sacro collegio; tamen videtur sufficere, ut hujusmodi mentio facta fuerit in priori parte per verba adimentia electionibus potestatem aliter eligendi, cum perinde sit reddere electores impotentes ad eligendum, ac decernere electionem aliter factam non valere, ut ex dictis constat & ex decreto Concilii Tridentini in c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. quod dum irrita decernit Matrimonia clandestina; eos qui illa contrahere attentabant, inhabiles reddit ad sic contrahendum. Utrumque enim loquendi genus inducit formam; quod aperte sensit Felin. in c. cum dilecta n. 6. supra de rescript. ubi enumerans decem signa, quae indicant formam inducendam esse, quintum signum asserit esse, ubi est appositum decretum irritans, ac deinde paulo inferius; Septimum signum, inquit, ubi in dispositione dicitur, aliter fieri non possit, ubi est data forma & ei renunciari non potest; & Felini doctrinam sequitur Dec. conf. 528. n. 11. & Alber. Brun. in tract. de forma sol. 33. col. 1. vers. Et quod lex prohibitiva, & fuit sententia Bart. in l. De his n. 4. ff. De transact. & in l. fin. n. 4. C. De vendit. reb. civit. lib. 11. Quibus addo Paris. conf. 19. n. 20. lib. 2. ubi dicit haec verba, non aliter fieri possit, inducere decretum irritans: & Loffredum conf. 30. incipit, sit dubium n. 20. Præterea ponderanda est particula, si, in constitutione apposita, ibi, Decernimus electionem aliter fieri non posse, præterquam si omnes & singuli Cardinales aliquibus ex eorumdem collegio, &c. haec enim particula ex sui naturae conditionem importat, l. Quodcumque, §. ult. ff. De verbor. obligat. gloss. in l. 2. in ver. conditio, ff. De eond. & demonst. Conditio verò formam substantialem inducit, ut per Felin. in d. c. cum dilecta sub n. 6. vers. Secundum signum. At manifestum est gesta contra formam esse ipso iure nulla, ut est textus in d. c. cum dilecta in c. Venerabilis de offic. deleg. plenè Calder. in distat. incip. statuto civitatis, Archid. in c. si cui in fine de elect. lib. 6.

Sed in oppositum facit, quia de iure communi in electione Romani Pontificis nulla forma praescripta erat: nam cum in ea non sufficeret major pars Collegii, ut in electionibus inferiorum, sed saltem dux ex tribus requirantur & in difficultatibus emergentibus nullus sit superior, ad quem possit

de foro compet. Nec licet Cardinalibus jus Papae immutare, c. Inferior 21. dist. & in proposito notat Composit. in c. Licet de vitanda sub n. 6. vers. Sed numquid Cardinales supra eodem, & est expressum in Clem. Ne Romani in princ. de elect. ubi reprobat opinio, quae alitribet eorum Cardinalium Sede vacante posse modificare, corrigere, vel immutare decretalem, Ubi periculum cod. tit. lib. 6. Idem patet in hac ipsa constitutione Gregorii in §. Postremo, ubi inhibetur S. R. E. Cardinalibus, & eorum sacro collegio, ne adversus eam aliquod statuerent, disponere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare praesumant.

Verum questio admodum implexa videtur, an ita ex forma sanctum sit, ut compromissum fieri debeat in aliquo de collegio, ut si fiat in extraneos, electio irrita sit. Et quavis questio videtur solvi posse ex inferiori parte constitutionis in §. Quod si electio, ubi perstringitur forma electionis cum decreto irritanti, & in forma compromissi non repetuntur verba illa, aliquibus ex eorumdem glossis. tamen videtur adhuc obitare, quod in d. §. Matura itaque. Constitutio non sufficit prohibet fieri electionem, sed decernit, ut electio per compromissum aliter fieri non possit, &c. Quotiescunque autem lex non solum prohibet, sed etiam admittit potentiam, & facultatem, aclus contra legem celebratus est ipso iure nullus, Bartol. in l. fin. n. 7. ff. de ser. Verbum autem, potest, precedente negatione preciam necessitatem importat & privat potentiam, gloss. ordin. in c. Beneficium in ver. Non potest de reg. jur. lib. 6. quam Bartol. & omnes sequuntur in l. Gallus, ff. De l. & possit. ut testatur ibi Jas. n. 19. & sic reddit actum irritum & de iure impossibilem Bald. in l. 1. n. 62. C. qui admittit de post. Bart. in l. ff. de inj. rpt. test. notat Jas. in l. non dubium n. 60. C. de leg. Atque ita idem importat aliquid esse impossibile, vel fieri non posse; nisi quod impossibile, videtur parum latine dici, licet ejuemodi verbum non refoimetur Quintilianus lib. 5. instit. orator. cap. 10. nec Jurisconsultus, ut in l. Impossibilis, ff. De verbor. obligat. in l. Impossibilis, ff. De reg. jur. & passim alibi. Hinc cum olim dubitatum esset in Sac. Congregatione Concilii, an c. 6. sess. 23. disponens neminem ante decimum quartum annum beneficium obtinere posse, comprehendat eum, qui ante duodecimum statim beneficium obtinuit & nunc effectus est oratis annorum quatuordecim; adobut nunc non sit legitimus possessor & fructus suos non fecerit, Sacra Congregatio iuxta doctrinam Jas. in d. l. Gallus n. 17. ubi quod actus redditur nullus ipso iure, cum quid prohibetur cum verbo, non possit, censuit collationem ante decimum quartum annum fuisse nullam & proviam fructus suos non facere. Quamobrem etiam in posteriori parte constitutionis nulla fiat mentio de compromisso in eodum de sacro collegio; tamen videtur sufficere, ut hujusmodi mentio facta fuerit in priori parte per verba adimentia electionibus potestatem aliter eligendi, cum perinde sit reddere electores impotentes ad eligendum, ac decernere electionem aliter factam non valere, ut ex dictis constat & ex decreto Concilii Tridentini in c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. quod dum irrita decernit Matrimonia clandestina; eos qui illa contrahere attentabant, inhabiles reddit ad sic contrahendum. Utrumque enim loquendi genus inducit formam; quod aperte sensit Felin. in c. cum dilecta n. 6. supra de rescript. ubi enumerans decem signa, quae indicant formam inducendam esse, quintum signum asserit esse, ubi est appositum decretum irritans, ac deinde paulo inferius; Septimum signum, inquit, ubi in dispositione dicitur, aliter fieri non possit, ubi est data forma & ei renunciari non potest; & Felini doctrinam sequitur Dec. conf. 528. n. 11. & Alber. Brun. in tract. de forma sol. 33. col. 1. vers. Et quod lex prohibitiva, & fuit sententia Bart. in l. De his n. 4. ff. De transact. & in l. fin. n. 4. C. De vendit. reb. civit. lib. 11. Quibus addo Paris. conf. 19. n. 20. lib. 2. ubi dicit haec verba, non aliter fieri possit, inducere decretum irritans: & Loffredum conf. 30. incipit, sit dubium n. 20. Præterea ponderanda est particula, si, in constitutione apposita, ibi, Decernimus electionem aliter fieri non posse, præterquam si omnes & singuli Cardinales aliquibus ex eorumdem collegio, &c. haec enim particula ex sui naturae conditionem importat, l. Quodcumque, §. ult. ff. De verbor. obligat. gloss. in l. 2. in ver. conditio, ff. De eond. & demonst. Conditio verò formam substantialem inducit, ut per Felin. in d. c. cum dilecta sub n. 6. vers. Secundum signum. At manifestum est gesta contra formam esse ipso iure nulla, ut est textus in d. c. cum dilecta in c. Venerabilis de offic. deleg. plenè Calder. in distat. incip. statuto civitatis, Archid. in c. si cui in fine de elect. lib. 6.

Sed in oppositum facit, quia de iure communi in electione Romani Pontificis nulla forma praescripta erat: nam cum in ea non sufficeret major pars Collegii, ut in electionibus inferiorum, sed saltem dux ex tribus requirantur & in difficultatibus emergentibus nullus sit superior, ad quem possit

haberi recursum; aliquid speciale in ea constituendum fuit, & legitur in decretali, Licet de vitanda supra eodem & precipue ut electio valida esset quomodo cumque dux partes Cardinalium consentirent in aliquem, ut in electum; prout ibi notat Innocentius, Gregorius vero gravissimis causis motus in electione Romani Pontificis certas formas praescriptis sua constitutione; non tamen omnia, quae ibi praecipit, aut prohibuit, ad substantiam & validitatem electionis voluit pertinere, ne alioquin res tanti ponderis usque adeo difficultatibus involveretur, ut aliquando gravem pari posset Ecclesia scissuram; quam rationem considerat textus in d. c. Licet de vitanda in princip. Et propterea quae sanctiuit initio Constitutionis in §. Matura itaque, voluit quidem à Cardinalibus exactè observari; non tamen ita, ut illorum omisso inficeret electionem: sed formam substantialem paucis perstringit in §. Quod si electio, & ibi appositum decretum irritans; quod aperte indicat ejus intentionis non fuisse, ut ea, quae superiori Constitutionis parte praescripta fuerant, essent substantialem electionis; alioquin inceptum fuisset in dicto §. Quod si, decernere electionem aliter celebratam esse nullam, si hoc ipsum iam sanctum fuisset in superiori parte Constitutionis. Et haec fuisse mentem Sanctitatis suae non ipsi non obsecutè intelleximus, qui ante Constitutionis promulgationem in eo negotio diu multumque laboravimus. Unde cum postea pro reformatione electionis magni Magistri S. Joannis Hierosolimitani compilata fuisset minuta Bulla, à D. Vulpio Archiepiscopo Theatino; & iussu S. D. N. delata per manus Cardinalium & Praelatorum Congregationis super hoc deputatae & in fine Bullae apposita esset clausula infrascripta, videlicet: Quod si electio aliter celebrata fuerit, nulla atque irrita sit eo ipso. Ergo adverti hanc clausulam operari, ut omnia & singula, quae in Constitutione sancta erant, essent de substantia electionis, indidque futurum esse ut nulla ferè electio posset validè celebrari, cum vix fieri posset ut in tot, & tam variis ordinationibus defectus aliquis non contingeret: nam & forma scrutini, quae tandem compendiosius verbis concluditur in Decretali, quia propter inf. cod. reputatur adeo difficilis observari, ut etiam boni Juristi praeterea ignorantes in ea deficiant, ut inquit glossa in c. cum expedit in ver. Inquisitio de elect. lib. 6. Unde Patres censuerunt unanimes eam clausulam esse expungendam, & ad exemplum Gregorianae Constitutionis substituendam esse aliam clausulam cum decreto irritanti, in qua praeteringeretur ea tantum, quae pertinerent ad substantiam electionis, prout factum est in Constitutione S. D. N. quae incipit, In specula militantis Ecclesiae, edita 3. Julii 1628. in §. Quod si electio magni Magistri.

Quibus ita se habentibus, quavis Gregoriana Constitutio in principio decreverit non posse aliter compromitti, quam in aliquo ex Cardinalium Collegio: cum tamen in dicto §. Quod si electio, ubi praeterea formam substantialem electionis cum decreto irritanti, nullam mentionem personarum, in quas fieri debeat compromissum, sed simpliciter statuat, ut nulla sit ejuemodi electio aliter celebrata, quam per viam compromissi ad omnibus Cardinalibus in conclavi praesentibus nemine dissentiente initi. Hinc satis obediuntur non pertinere ad electionis validitatem, & formam, ut compromissum fiat in aliquo de Collegio.

Nec obstat verbum, non posse, positum in d. §. Matura itaque, quia secundum hoc ent exponendum, id est, non debere: hoc enim non est novum apud Sacros Canones, ut est textus in c. Nisi cum eisdem, §. Persona verò infra de renanc. & ibi notat gloss. in ver. Non poterit, Host. Joan. Andr. Burr. & alii. Ea ratio, quia illud dicitur posse, quod de iure possumus, & e converso faciat 22. quaest. 2. & c. scilicet supra de rescript. Præterea est verbum, potest, precedente negatione regulariter privet potentia & reddat actum de iure impossibilem; hoc tamen non est perpetuum, ut notat Roman. in l. Si iulatio ista, §. Alteri in 3. col. ff. De verbor. oblig. Ideoque in l. Obligari in princ. ff. De autor tutor. pupillus dicitur non posse obligari sine tutoris autoritate, & tamen pupillus pubertati proximus absque tutore naturaliter obligatur, l. 1. ff. De donat. & l. Si pupillus, ff. Ad l. Falcid. Rursus stipulari alteri nemo potest, ut legitur in dicto §. Alteri, & sic negativa praecedit verbum, potest, & tamen si quis alteri stipuletur, stipulatio non est ipso iure nulla, ut ibi advertunt gloss. & Bart. in l. Cum Lex col. 6. ff. De fidejussor. Bald. in l. Non dubium in 11. col. num. 29. C. De legib. & plenius Jas. in d. l. Gallus col. 19. vers. Contra istam communem regulam, ff. De liber & postulum. Ideo secundo loco potest dici, quavis regulariter verbum, potest, precedente negatione privet potentia; hoc tamen non procedere quando hinc resultaret absonus intellectus; cap. Quanto, & ibi gloss. in ver. Non potius de praesumpt. Jas. in d. l. Gallus num. 23. vers. Secundo limite, prout resultaret hoc casu; ut patet ex his, quia superioris dicta sunt num. 28. & 29. de eo magis, quia

Constitutio Gregorii in dicto §. Matura itaque; decernit electionem fieri aliter non posse, quam in conclavi, & eo clauso, ac post celebratum prima die sacrosanctam Missae solitum sacrificium. Et tamen non creditur ad validitatem electionis pertinere, ut praecedat celebratio Missae; cum hoc requisitum non repetatur inferius in §. Quod si electio, ubi ponitur electionis forma cum clausula decreti. Ergo sicut respectu celebrationis Missae illa verba, fieri aliter non posse; non important formam: ita nec respectu illorum verborum, aliquibus de Collegio: cum una determinatio respiciens plura determinabilia debeat illa aequaliter determinare, leg. Quomodo, C. De impub. l. Jam hoc iure, §. fin. ff. De vulgar. textus in l. fin. & ibi Barr. C. De sentent. Dec. in cap. Novit. num. 56. infra de iudic. De his tamen tutius esset perire oraculum Sanctissimorum.

Successivè Quæro, An Cardinales possint super electione Papae compromittere in unum tantum ex Sacro Collegio. Difficultatem ingerit supradicta constitutio Gregorii XV. de Romani Pontificis electione, quae in §. Matura itaque, declarat electionem per viam compromissi fieri aliter non posse, præterquam si omnes & singuli Cardinales in conclavi praesentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorumdem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae provident de Pastore. Oritur enim dubium ex illo verbo, aliquibus; quod cum sit pluralis numeri, non potest in uno tantum verificari, sed duorum saltem concursum requirit, l. fin. ff. Ad Trebell. l. Ubi numerus, ff. De rescrib. gloss. in Clem. Septe in ver. Partibus de verbor. signific. DD. in an. de Cleric. conjug. lib. 6. nec videtur eodem ratio vigere, si compromissum fiat in unum, ac si in plures: nam intergrum est iudicium, quod plurimorum sententias confirmatur, cap. Prudentiam, §. 1. de offic. deleg. Special. in tit. de advocat. §. 3. vers. Habito, & vers. seq. Et magis consultur Ecclesiae, cum electio plurimum approbari assensu, c. Si transitus 76. dist. gloss. in c. Auditis in ver. Irritanda inf. cod. Quod enim à pluribus queritur sapientibus, facilius invenitur, c. De quibus 20 dist. & per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, l. ult. ad fin. C. De fideicommiss. gloss. in d. c. Prudentiam in ver. plurimorum, & ubi multa consilia, ibi salus, Proverb. 24. nec tantum videtur tanti ponderis negotium uni tantum committere: hac enim ratione, videlicet propter rei gravitatem, providè sanctum est, ut in electione Papae consentire debeant duae ex tribus partibus Cardinalium, ut in c. Licet sub cod. cum tamen in electionibus inferiorum sufficit major pars Collegii, ut in decret. Quia propter eam multos simit. Et propterea, ut dicebat Nazo in d. c. Quia propter, ponderando verbum, aliquibus, ubi positum oportet pluribus dare hanc potestatem, & non servari illa fortassis uni tantum detur potestas eligendi; ut referri ibi Abb. Antiqu. n. 19. in ver. aliquibus, & notat Petrus à Bixio in direct. elect. par. 3. c. 17. n. 2.

Sed in contrarium facit, quia Constitutio Gregorii utitur hac in parte iisdem, verbis quibus utitur Generale Concilium in decisione capite Quia propter, ut patet ibi, vel saltem eligendi potestas aliquibus viis idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiae viduatae provident de Pastore. At ex dispositione juris communit in Ecclesiis inferioribus, non obstantibus illis verbis pluralis numeri aliquibus viis idoneis, poterat eligendi potestas uni tantum committi, ut est textus hic, & reprobat à Nazonis opinione, tenet Abb. Antiqu. loco citato, quia inquit, cum hujusmodi Constitutionis ratio fuerit contra vacationem duntaxat providere, ut supra in princ. & in c. Cum inter universos circa fin. inf. eodem, quia melius expedit electio per unum, quam per plures propter naturam faciliem ad discerniendum, arg. c. 1. infra de arbit. Ideo adhaerere dico, quod potest uni dari, quia expressum in c. Causam, & in c. Cum inter Canonicos sup. eodem, & optime in decret. Post translationem de renanc. Nec est verisimile Papam una verbo voluisse ita subvertere, c. Ecclesia, in secundo inf. eodem. Idem tenet in d. c. Quia propter, Composit. n. 24. in ver. Committatur, vers. Quæro an sit ius quod uni ex pluribus, & Host. sub. num. 44. in ver. Aliquis viis, ubi reprobat opinionem illorum, qui dicebant per decretalem, Quia propter, quae pluraliter loquitur fuisse correctà alia iura, dicit melius esse, ne corriganter, ut res solvas pluralitatem in singularitatem, sic infra de privileg. Ut privilegia. Ergo & uni, & pluribus committi potest; & melius uni, ut discordia vitetur, c. 1. infra de arbit. & c. Cum inter Canonicos, §. Post haec supra eodem vel saltem in impari numero, ut in c. In causa, c. Cum dilectus, & c. Cum in iure supra eodem, sequitur Bald. ibid. num. 37. & retant hic Joan. Andr. Abb. & alii, Hostiens. in summa hoc tit. §. Qualiter col. 13. vers. Secunda forma. Et in electione Romani Pontificis tradit Ant. de Rosell. in tract. de potestate Papa, §. Postquam iuris







non potest de hoc cognoscere; sed debet agere contra me-  
coram Archiepiscopo i. Modò queritur utrum iste Episcopus  
possit de hoc cognoscere nec ne. Questio stat in hoc, utrum  
ista dicatur sua causa. Innocentius videtur dicere in d. c. ex  
parte, quod non possit cognoscere. Canonice tenent com-  
muniter contrarium, quia ista non est causa personæ, sed  
Ecclesiæ & utilitas principaliter respicit Ecclesiam, & ideo  
Episcopus potest esse iudex, cognitor & determinator hu-  
jus litis, ut notat Host. & Joan. Andr. in d. c. ex parte,  
post Innoc. & adde quod notatur extra de appell. c. Dilec-  
tis, & in c. Dilectus de penis, per Innoc. & in §. Se-  
quitur in Speculat. de iudice delig. Hactenus verba Bald.  
Verumtamen est Episcopus iudicare possit in causa Eccle-  
siæ, nihilominus ad omnem suspensionem vitandam me-  
litus est, ut id expediat per delegatos, ut innuit textus in  
d. c. cum persona, §. Si autem, ibi, vel delegatis ab eis  
viris prudentibus de privil. lib. 6. cap. si quis de foro comp.  
& l. Prætor, ff. De iurisd. omni. iudic. & notat gloss. in  
d. §. Si autem in ver. Ordinarius, & gloss. 1. in d. c. cum  
venissent de iudic. que ibi à scribentibus communiter ap-  
probatur. Quinimo si vellet per seipsum cognoscere causam  
Ecclesiæ, vel injuriam tangentem principaliter dignitatem  
suam, quia in consequentia tangit eum, possit recusari ut  
suspectus; ita notabiliter conel. Cuius post Petr. de Bella-  
pert. in l. Unic. C. Ne quis in sua causa, & Cuius quando  
injuria principaliter tangit dignitatem. Ad hoc bonus tex. in  
c. Insinuante de offic. Deleg. ubi recusat consanguineus  
Prælati in causa Ecclesiæ sue, fortius ergo potest recusari  
ipse Prælati. Idem post Paul. tenet Abbas in d. c. cum  
venissent n. 9. vers. aut causa principaliter de iudic. dicens  
hoc esse valde æquum, ut lites sine omni suspitione pro-  
cedant, c. Quod suspensus 3. q. 5. & l. aperiissimi, & l.  
eum specialis, C. De iudic. Nam videmus iudicem ex faci-  
li causa recusari; ut notatur in c. cum R. Canonico  
de off. delegat. Unde & Canonico potest recusari in causa  
Concanonici, ut ibi: Ergo longe magis Prælati in causa  
Ecclesiæ, cum major sit conjunctio inter Prælatum & Ec-  
clesiam suam, quam inter Canonicum & Concanonicum,  
ut legitur, & notatur in cap. Relatum, il. secundo de  
reclam. in cap. final. 22. q. 5. & in cap. de pan. Et hanc  
opinionem dicit esse veriorum Philip. Franc. in c. Postremo  
num. . . . vers. Quinò queritur de appellat. Licet con-  
trarium tenuerit Speculat. in tit. de iudic. delegat. §. Su-  
perest num. 9. vers. Quid si Prælati alienius Ecclesiæ.  
Sed primum verus & communis, ut testatur Dec. in  
dicto cap. postremo num. 31. & Speculatorem reprobat  
Joan. Andr. in additione littera Y. & in dicto cap. Insu-  
nante in gloss. Hoc videtur de offic. Deleg. De quo tamen  
articulo dic plenus, ut per Dec. ubi supra n. 30. & Capyc.  
d. dec. 127. n. 1. cum pluribus seqq.  
In causa autem propria planum est inferiorem à Papa regu-  
lariter iudicem esse non posse; & ita procedit textus in  
l. 1. cap. Ne quis in sua causa: cum alis supra in con-  
trarium allegatis num. 7. Ad idem textus in l. Qui juris-  
dictioni, ff. de iurisdic. omni. iudic. & notat gloss. in d.  
c. cum persona, §. Si autem in ver. ordinarius de privi-  
leg. lib. 6. & hanc regulam negativam in inferiore à Pa-  
pa constituit Gemin. in cap. 1. col. ult. vers. 2. causa  
principalis de pen. lib. 6. Decius post alios in dicto c.  
cum venissent num. 45. de iudic. ubi d. num. 48. limitat  
hanc regulam quatuor modis licet contrariam regulam af-  
firmativam in Papa constituant gloss. 1. in dicto cap. cum  
venissent; & post eam Abbas ibi num. 6. vers. & sic  
concludendo; & Dec. n. 30. & Gemin. d. cap. 1. col. 2. post  
med. vers. Aut quarimus de Papa, de pen. lib. 6. nisi ve-  
lit causam propriam alteri delegare, quod consultius & ho-  
nestius est, ut dicit prædicta glossa & Dec. post alios n.  
33. & arg. cap. nos incompetens in princ. 2. quest. 7. &  
l. nec quidquam, ff. de offic. proconsul. & sic obtinet de  
consuetudine, quia Papa huiusmodi causas delegat aliis,  
teste Innocentio in cap. ex parte num. 2. in fin. de verbor.  
signific. Quid si causa spectat ratione Ecclesiæ ad mensam  
ipsius Prælati, numquid in ea possit Prælati esse iudex?  
Respondet non, quia tunc causa propria videtur, & facta  
est suspectus, ex quo commodum, vel incommodum ad  
eum pertinet, c. Biduum, ibi, & palam est eam propriam esse  
causam, cuius emolumentum, vel dampnum ad aliquem suo  
nomine pertinet 2. q. 6. & quemadmodum eo casu non pos-  
set autoritatem interponere, quia videretur autorizare in  
facto proprio, Clem. Si una de rebus Eccles. non alien.  
ita nec videtur; & ita firmat in d. cap. cum venissent  
de iudic. Collect. num. 2. vers. Quid sit dicendum Bellam.  
num. 2. Butr. num. 9. vers. in fin. si causa spectat ad men-  
sam; Abbas num. 9. vers. Item si causa spectat, & Dec.  
num. 55. Gemin. in dicto cap. 1. col. final. post princip.  
vers. possit tamen isto casu distinguere, de pen. lib. 6. Bald.  
in cap. lit. ras num. 1. vers. Sed nonne Episcopus potest  
presumptis ubi ait Episcopum non iudicare quando

tactatur de proprio quest. honorum, l. De iure in princ.  
ff. ad municipal. & ibi optima gloss. in ver. Provincia, Abb.  
in c. Venerabili num. 3. in fin. de censu. qui similiter  
limitat conclusionem, quod Prælati possit esse iudex in  
causa Ecclesiæ sue, ut locum non habeat si commodum  
sibi applicandum. Notò in tali causa Prælati nec potest  
esse testis, ut notat Innocentius in cap. Insuper num. 3.  
de testib.  
Limitant prædictam conclusionem Collect. Bellam locis  
citatis, nisi notorium sit bona ad mensam Prælati pertinere,  
quia tunc Prælati bene potest esse iudex, ut patet ex  
notat per Innoc. & Hostiens. in r. ex parte de verbor.  
signific. ubi dicunt Episcopum esse iudicem in facto pro-  
prio, vel causa propria, cum notorium est jus Episcopi  
& eos sequitur Federic. de Senis in cons. 138. Benedic-  
tus Episcopus num. 6. in fin. vers. & optime facit. An  
idem Cader. cons. 120. aliis 6. de iudic. & foro compet.  
ubi tenet Episcopum posse iudicare in causa lue Ecclesiæ  
& mensæ, quando habet fundatam intentionem de iure  
communis, quia tunc propter notorietatem excommunicat  
subditum propter denegatam procuracionem sibi debitam  
ratione vilitationis. Et idem si occupat Ecclesiam, vel quid  
simile. Tu verò dicas in his casibus Prælatum non iudic-  
care, nec procedera judicialiter cognoscendo; sed extra-  
iudicialiter ad defensionem iurium, que notorium est perti-  
nere ad Ecclesiam, vel mensam Prælati. Unde non ut  
iudex, sed ut pars, seu executor potest uti potest gladio  
spirituali, sicut & materiali in eum, qui iniuriose iura,  
vel bona Ecclesiæ, vel Prælati occupat, seu retinet: &  
ita loquitur Innocentius in d. c. ex parte num. 3. vers.  
Etsi ipe Prælati, Turrecrem. in d. cap. si quis erga 2.  
quest. 7. num. 6. & ibi etiam Gemin. num. 3. &  
Præpos. num. 5. & latissime prosequitur idem Innocen-  
tius in sua celebri & intricata gloss. quam posuit in cap.  
Venerabili, de censu. & realium Hostiens. in cap. Procu-  
raciones, eodem tit. & ibi dixi à num. 27. usque ad num.  
49. & ad hanc limitationem vide plures declarationes,  
quas ponit Abbas in d. cap. cum venissent, num. 10. vers.  
& hæc verò, & Dec. d. num. 48. de iudic. Stat igitur  
conclusio quod Episcopus in causa mensæ non potest esse  
iudex.  
Sed quid in Vicario Episcopi? Dic ut in subiecta de-  
claratione.  
Conquerente Cardinali Borromæo, quod cum mensa Ar-  
chiepiscopalis Mediolani diversos haberet debitores emphi-  
teutas, conductores bonorum, & cenitarios, quos siepi-  
in iudicium vocari contingit; ipsi cum vocantur coram  
Vicario Archiepiscopali, eum suspectum allegant sui præ-  
textu, quod cum in causa lue mensæ Archiepiscopalis tan-  
quam in re propria dicitur suspectus, etiam eius Vicarius  
idem Tribunal faciens reddatur suspectus; ideoque cum  
remedium peteretur à sacra Congregatione Concilii, Cong-  
regatio censuit referendum sanctissimo, quod quando Vi-  
carius suspectus allegatur, detur ei Adjunctus, vel De-  
legatus ab Archiepiscopo, nullo autem modo detur Con-  
servator. Quod si impedimentum in hoc fiat iudicibus  
secularibus, tunc clarius exprimentum ut provideatur;  
causæ enim huiusmodi ad forum Ecclesiasticum spectant,  
quando isti conveniunt super rebus, quas ab Ecclesia ten-  
nent Speculat. de compet. iudic. adit. §. 1. vers. 27. Abb.  
in cap. nullus, num. 6. de foro compet. & in specie de  
bonis feudalibus concessis ab Ecclesia, quando ad eam  
reversa pretenduntur, Alex. cons. 79. lit. 1. Obstat tamen  
quod licet Episcopus possit esse iudex in causa Ecclesiæ  
sue, Bart. & Bald. in l. 1. c. Ne quis in sua causa.  
Bernach. de Episcopis, in 5. p. 5. lib. quest. 8. num. 12.  
Dec. in cap. cum venissent, num. 6. de iudic. tamen si causa  
ratione Ecclesiæ spectat ad mensam Episcopi, quia factus  
est suspectus, ex quo commodum, vel incommodum ad  
eum spectat, non potest esse iudex, Abb. in d. cap. cum  
venissent, num. 19. & ibi Dec. num. 6. Sanctissimus audita  
relatione Congregationis dixit interrogandum procuratorem  
Cardinalis Borromæi, an fiat aliqua controversia à Tribu-  
nali seculari: si dixerit fieri, superlegendum; si dixerit non fieri,  
sed tantum à partibus allegatur quod Vicarius est sus-  
pectus ea sola ratione, quia iudex in causa propria sui  
Episcopi, cuius est idem Tribunal: tunc procurator scribat  
Cardinali, placere Sanctissimo quod det Vicario suo Ad-  
iunctum confidentem debitori convento; & dicatur etiam  
illi causas istas esse proprias fori Ecclesiæ, & iudicem Ec-  
clesiasticum esse iudicem esse ordinarium, cui, quando  
allegatur suspectus, datur adjunctus. Hactenus verba de-  
clarationis.  
An autem hoc vindicet sibi locum ubi viget contraria  
consuetudo, patet ex dicendis in questione sequenti.  
Supposita immemorabili consuetudine Ecclesiæ Pisanæ,  
secundum quam in causa mensæ Archiepiscopalis & in qui-  
bus agit de interesse Archiepiscopi, illius Vicarius tam

quæ passivè ad instantiam proceratoris fiscalis, seu  
Sindici ejusdem mensæ contra laicos procedit, causaque  
hujusmodi in prima instantia cognoscit ac terminat: consu-  
lit Archiepiscopus Sac. Congregationem an sibi liceat lai-  
cos in prædictis causis mensæ Archiepiscopalis coram suo  
Vicario convenire. Videtur respondendum licere: Nam  
etiam Episcopus non sit iudex competens in causa sue  
mensæ, ut abundè ostensum est supra n. 18. & n. 21. &  
in his casibus si Vicarius recusetur, sit et dandus adjunctus,  
ut olim jussit observari Gregorius XIII. in causa mensæ  
Archiepiscopalis Mediolanensis, pro qua S. Carolus S.  
Congregationem consuluerat secundum ea, que supra pro-  
ximè dicta sunt: tamen hæc regula fallit in illis Ecclesiis,  
in quibus Episcopi ex antiqua consuetudine præscripserunt  
hujusmodi causarum cognitionem; eo enim casu Episcopi  
bene possunt esse iudices in causis concernentibus suum  
proprium interesse, ut probat tex. in cap. 1. ibi gloss. in  
ver. Puisse, de pen. lib. 6. Host. in Summ. tit. de sent. &  
Proprius ordinarius, col. 2. & 3. Gemin. cons. 114. in fin.  
Natt. cons. 294. n. 2.

Ratio est, quia consuetudo potest tribuere iurisdic-  
tionem aliis non habenti, cap. Si clericus Latium, de  
foro compet. & cap. cum contingat in fin. ubi gloss. in  
verb. Vel consuetudine de consuetud. lib. 6. Gemin. in cap.  
1. in princip. in 4. notat. de pen. eod. lib.  
Quod multò magis videtur admittendum hoc casu, tum  
quia consuetudo supponitur esse immemorabilis, que ha-  
beret vim privilegii Apostolici, adnot. in cap. 1. de reser.  
lib. 6. & cap. Cum persona de privileg. eodem lib. Seraph.  
de res. 707. num. 3. certum est enim privilegio Pontificis  
posse huiusmodi causas committi Episcopo reculatione  
remota, Franc. in cap. Postremo num. 5. de appellat. Tum  
quia hæc causas non cognoscit Archiepiscopus ipse, sed  
ejus Vicarius, cujus in materia reculationis non est idem  
Tribunal atque Episcopi, Archid. in cap. Non putamus nu-  
mer. 2. de consuetud. lib. 6. Aut certe in eo non viget  
tanta suspitionis causa, quanta in Episcopo, ad quem com-  
modum vel incommodum spectat, cap. Biduum, vers. Pa-  
lam cum concordant. 2. quest. 6.



DE ELECTIONE.

Cælestinus III.

CAPUT XIV.

Cum terra, quæ funiculus hæreditatis Domini censebatur: & infra. Sicut ex  
quarundam litterarum tenore accepimus, quidam in electionibus prævæ con-  
suetudinis morbus irrepit: ut cum alicujus Prælati electio debet celebrari,  
conventus ad quem pertinere dignoscitur, duas personas nominet latenter auribus Pa-  
triarchæ vel Principis exprimens, ut sic alterius eligendæ vel totius electionis  
penitus irritandæ, idem Patriarcha vel Princeps plenariam habeat facultatem. Quia  
igitur hoc redundat in gravamen & perniciem Ecclesiasticæ libertatis, præscriptam  
consuetudinis pravitate, sancimus penitus abolendam: Statuentes ut forma elec-  
tionis canonice in omnibus Conventualibus Ecclesiis observetur; videlicet ut cum  
debet Ecclesiæ consuli Pastoris regimine destitutæ, electores in unum locum ( in  
quo fuerit electio celebranda ) conveniant & invocatâ Spiritus sancti gratiâ, per-  
sonam nominent. Quod si in persona fuerit vel in electionis modo peccatum, tam-  
diu in electione diligentem inquisitionis apponant, donec vacanti Ecclesiæ de per-  
sona idonea valeant providere; Quo factò, non prohibemus quin regis, seu Patriar-  
chæ, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electio-  
nem nolumus impediri.

SUMMARIUM.

- Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet con-  
traria consuetudo.
  - Collegium habet intentionem fundatam super jure eligendi  
Prælatum in collegiata Ecclesia.
  - Patriarchalis dignitas est major quacunque mandata digni-  
tate.
  - Patriarchales Sedes an præferantur Presbiteris Cardina-  
libus.
  - Patriarchæ sunt redacti ad instar Regum, quia multas  
regunt Provincias.
  - Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam non valet.  
Etsi sit immemorabilis.
  - Consuetudo, secundum quam electio non est in libertate  
eligentium, sed pendet ex arbitrio tertii sive Eccl-  
siastici, sive laici, extirpanda est.
  - Eligendi jus spirituale est, & non cadit in laicum.
  - Consuetudo, per quam in totum tollitur electio, vali-  
da est.
  - Secus si libertas eligendi remanente electione in totum  
tollatur.
  - Consuetudo, per quam detrahitur substantia actûs, ipsa  
actû remanente, non tenet.
  - Eligere est unum ex pluribus capere.
  - Electio si sit faciendâ de certo gremio, & ibi non sit nisi  
unus idoneus, ille est eligendus.
  - Casus eventituri non sunt computandi.
- Nota primò ibi Conventus ad quem pertinere dignoscitur.  
Collegium de jure communi habere intentionem fundatam  
super jure eligendi Prælatum in Collegiata Ecclesia, Ber-  
nard. hic post casum, Host. n. 2. concordat cap. 1. & ibi  
dixi n. 1. 4. & 13. supra eod.  
Secundò nota ibi, Patriarchæ, vel Principis. Dignitatem  
Patriarchalem esse majorem quacunque mundana dignita-  
te, seu potentatu, arguendo ab ordine litteræ, prout ar-  
guit glossa magna in Clement. unic. in ver. Regum de Res-  
criptis, Item gloss. in c. final. in ver. Prædictiores de pa-